Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8311
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



monachorum et anachoretarum.
in nomine virginum et fidelium
viduarum. Hodie fiat in pace
locus eius. et habitacio eius
in ierusalem celesti. P. Alia.
Libera domine animam servi tui
ex omnibus periculis infernorum.
et de laqueis penarum. et ex omni
bus tribulationibus. Amen.
Libera domine animam servi tui.
sicut liberasti enoch et helyam
de communi morte mundi. Amen.
Libera domine animam famuli tui.
sicut liberasti loth de sodomis
et de flamma ignis. Amen.